

14. Volatilia Salia Neutra ex Volatili-  
bus Acido & Alcali consistunt: ita ex Spiritu  
Vini & Sale Volatili Urinæ, utrisq; summè  
rectificatis, tale aliquod coagulum est, ut  
iam suspicari quis possit, annon Spiritus  
Gorgonicus à spiritu Vini coaguletur potius  
quam coagulet.

Referri huc posset Mixtura Spiritus Urinæ  
& Aceti destillati, in qua pòst destillationem  
Acetum Volatile quasiredditum est.

Spiritum Vitrioli Volatilem ac Urinæ  
strictè adeò simul coagulare, ut ignem fusio-  
nis ferant, experimentum Helmontii est.

Supersunt Enixa mediæ consistentiæ ex  
Acido scil. fixo & Alcali Volatili; qualia sunt  
Sal Ammoniacum ex Sale marino & Urina  
compositū. Unde pro dtversitate tum Acidio-  
rum Urinosis variat etiam Sal Ammoniacum.

Glauberò in usufuit Sal Ammoniacum  
Secretum quod ita vocat, ex oleo Vitrioli scil.  
& spiritu Urinæ.

Alios conficiendi Salis Ammoniaci modos  
habet Billichius.

Agmen claudit Arcanum Tartari, quod  
est ex Alcali Tartari Spiritu Aceti impræ-  
gnato.

§ Hæc